AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 68v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Septembris

C·xii·kl· Apud castrum cassinum natale sancti benedicti abbatis qui nobili gnre ex prouincia nurpsie ortus rome liberalibus studijs traditus a parentibus fuit relicta itaque domo rebusque patrijs soli deo placere desiderans sancte conuersacionis habitum quesiuit heremum peciit et quandam specum artissimam repperit et ibi tribus annis excepto romano quodam monacho incognitus remansit. Floruit autem sanctus benedictus anno dni quingentesimotricesimo quarto.

D·xi·kl· Apud septimaniam ciuitate biterris deposicio sancti afrodisij epi et confessoris hic a beato paulo narbonensi epo eidem urbi ordinatus antistes fidei documentis preclarus quieuit in pace.

E·x·kl· In affrica sanctorum martirum uictoriani frumencij et alterius frumencij et duorum germanorum qui persecucione wandalica sub honerico rege pro fide xpi inmanissimis suppliciis excruciati egregio martirio consumati sunt. In antiochia sancti theodori pbri. Eodem die crucifixio dni nri ihu xpi sicut antiquiores dicunt.